

destillentur lento igne in diplomate.

24. Aq. destill. ib. B.

iulepi rosacei q.s. ad dul. orandum, quo potu sa-
pius & in pastu, & inter pastus vti debet.

Possimus etiam, si febres adsint malignæ, aquas
scabiol. borrag. bugloss. admiscere cum saccharo.
Et si aciditas & gro placeat, succi limonum, vel gra-
nator. aliquid addere.

Solent aliquando Medici ipsis destillatis in offi-
ciniis præparatis pro delicatulis rheubarb. infun-
dere, & sic eos purgare. Tempore vero pestis, vel
si pestilenti febre laborans instaurante egeat, ma-
lo contraria addere oportet, vt sunt radices angelici,
zedoaria, pimpinellæ, herbæ scabiol, meliss.
bugloss, borragin. flores cordiales: semina aceto-
fæ, ocymi. Conseruas aquas & pulueres cordiales,
additis theriaca & mithridatio, simul, vti dictum
fuit, destillari possunt.

De Emulsionibus.

C A P. XXXIX.

EMULSIO, quod forte nōmē ex eo inuenit, quod
affectus demulceat, forma à posterioribus Me-
dicis inuenta. Est autem Medicamentum, quod ex sa-
minibus mundatis, vel fructibus, vel utrisque conficitur.
Quo in calidis affectibus renum, vesicæ, vt ardore vrina,
stranguria, vrinæ stillicidio: Item renum & vesicæ exulce-
rationibus utimur: Nonnunquam etiam ad somnum cō-
ciliandum, sitim extinguendam. Rarius in pectoris & pul-
monum inflammationibus.

N 2

Mate-